

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. II. David in regem ungitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

pandas: Memento, meamento David, & omnis afflictionis, patientie, mansuetudinis ejus, memento. Haec voces sapis nobis ingeminandae, ut ea tanto altius infigantur, quanto crebrius fuerint reperitae. Atque hic finis nostrae scriptoris est, quam pro re natâ variis praecognitionibus ad documentis porro instruemus.

Et Ordo.

Ordo autem erit maximam partem, qui facie ipsius historie ac temporis est. Nec vero facile qualquam à nobis dicetur, quod divini voluminis auctoritate firmari non possit è fastis & Chronicis Regum. E quibus in antecessum haec paucula, præmitimus. Rex David annis uniuerso septuaginta vixit, septem & duodecim Hebronis, trinqua tribus Hierosolymorum. Rex fuit, filios novemdecim, unam filiam Thamar educavit, sed disciplina non nimium stricta, quod suo tempore patebit. Nunc a cumis oratione Davidis arcessamus.

Ejus nativitas.

Pater.

Genealogia.

Psal. II.  
6.7. & 8.

Deus seruos suos tam vivos quam mortuos ad celum dignitaris sedem effert.

Aitor. c. 13.  
v. 22.

A vos pietatis osores. Cur Deo servituri non itidem Quid querant? Quid Deus singulariter in suis servis probat? Quis ei præ ceteris placet? Is utique cui divine voluntati suam studiosissime adjungit, illudque in omnibus vult, quod dominus. Hunc talem Deus diutissime querit. Tandem non sine gratulatione: Inveni, ait, inveni. Quemna obsecro? David filium Iesse, inter fratres natu minimum ac postremissimum.

### §. III.

**C**hristus in evangelio homines sollicitè aliquid Christus querentes sub geminâ proponit imagine Pafonis & mulieris. Pastoris qui è centenis oīibus vel unicam amissam, nonaginta novem deserens suminâ sedulitate querit. Mulieris, que unicam è decem drachmis perditam tam aydis oculis vestigat, ut cereum vos vellet accedit, domum everrat, omnes angulos excutit; reperta convocat viciniā ad gaudium: ita Deus, veluti diutissime querisset: Inveni, ait, quem querebam. Hic vir ad lumen nutrumque meum factus, sic servostum se finget ad meum arbitrium, tuam voluntatem in omnibus accommodabit meæ, faciet omnes voluntates meas, hoc servo nemo mihi magis est ex sententia. Quod expeditus Chrysostomus: David sanctissimus inquit, homo secundum cor Dei, quidquid Deus cogitat, de David. genit, quidquid mente conficit, perficit: David cordi Dei proprium cor jungit, & menti ejus mentem suam amedit.

Sed enim ad hunc sanctimoniam gradum non suavi aut facili conatu David accedit. Deus illum revera non molliter habuit, alias super alias calamitatis illum immisit, rebus eum asperrimis exercuit & duravit, nihilominus David variâ clade dejectus animum non deicit, quanto magis circum se lababant omnia, tantò ille firmiore in Deum fiducia crevit, tanto patior divinę se voluntati accommodavit. Atque istud è dissertatione hac primâ discamus: Si Numini servire cupimus, id assidue queramus: Quodnam inter obsequia Numinis est præstantissimum? Quo maxime servitio Rex caeli delectatur? Eo utique, ut in rebus omnibus, præcipue adversis, nostram ipsius voluntati adjungamus, ad omnes illius nutus. Davidis simulatione, paratissimi. Qui vero fit, quod servorum alii alios officiorum solertia superare, auctiorem domini gratiam emereri contendunt, nos leges in Dei servitio nihil ejusmodi certaminis cogitemus? Vbi spiritus generositas, que non tam alii gratiam præbere, quam sibi suam identem augere desiderat? Augetur autem plurimum humanæ voluntatis ad divinam conformatio[n]em, que quanto est perfectior, tanto illustrior est sanctimonia & auctior gratia.

### C A P V T . II.

#### David in regem ungitur.

**T**ULLVS Hostilius. Romanorum Rex tertius in Valer. I., mapali natus est. Nam, Valerio teste, incanibula Tulli Hostiliij agrestre tugurium cepit. Nec continuo inde in solium evectus. Ejusdem enim adolescentia in pecore pascendo occupata fuit, validior etas Romanum Imperium rexit & duplicavit.

David è Bethlehem oppido vili oriundus, parentem habuit Israëvirum rufficanum, sed agri divitem & copiosum, frates gregarii milites stipendia fecerunt militia. Nihilominus, quia sic visum est Deo, ab origine domoque humili in eam amplitudinem emerit David, ut geminum Israëlis & Iuda regnum obtinuerit, verum nō uno id anno impetratum. Lentis revera & nimium morosis successibus imperium Davidis crevit. Et quamvis illum Deus etiamnun juvenem in regnum voluerit, ad regnum tamen & ad sceptrum obtinuit, solumque

solumque non pervenit nisi per luctas & exumbras maximas. Alger prius & extuare, esurire didicit ac sitire. Diadema illi Deus & coronam regiam porrexit, sed cuspidatam & aculeatam; mureones & muri-ces erant pellandi. Ante sudavit & alit, quā regium thronum consenderet. Fuisset, qui dixisset: Tantis sudoribus laboriosum hoc fastigium non emissim, si tantam ærumnarum seriem secuturam prefissim. At verò David ad omnem Dei nutum paratissimum, non recusavit, hac lege regnum accipere, quā Deo placuit dare. Nos adolescentiam Davidis in pascendis oviis occupatam silentio prætererunt, at magis seria progediemur. Hac igitur dissertatione sub ocularib[us] ponemus Davidem à vate Samuele in regem undum, sed inter domesticos parientes & modicis cérémoniis, nullo conviviorum & aut ludorum luxu, præsentibus parente solum & fratribus. Ut autem dicenda in compedium conferamus & consulamus memoriae in singularium dissertationum exordiis, summa capitisi in pauculas voces redigemus. Exemplo sit istud proximum: David in regem ungitur.

## §. I.

**S**aul Hebrææ Reipublicæ velut horizon, firem judicibus, initium dedit Regibus, primus & pessimus rex, repudiata illius nequitia, prohibitus est. Samuel longiore illum luctu profequi, eodemque iussu divino missus est, ut unum & filii Isai ungeret in regem: *Quis autem ex eo numero, esset eligendus, Samueli ipsi nondum constabat.* Ex quo propter omnes Isai filios, statim ordine sibi voluit listi. Primus adiuit Eliab natu maximus quadraginta vir annorum, pulcher, procerus, imperio dignus. Adiuxit etiam ad illum Samuel, oraculo tamen prius consulito: *Num inquit, coram Domino est Christus ejus?* Conti-  
nuit responsum est illi: *Nesciias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus, quoniam abjeci eum.* Nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, que parent. Domina autem intuetur cor. Querunt hic Theologi, num illa Samuelis quæstio interna fuerit, an externa? Internam censem aliqui, alii externam, responso per Angelum dato, ut liquidè sciens Davidis fratres se repulsam passos. Sed rectius sentiunt, qui internam fuisse aiunt. Vocatus est ergo secundus natu fratrum Abinadab. Sed responsum est idem quod de priore: *Neque hunc elegit Dominus.* Adductus est ergo tertius, Samma; sed oraculi responsa non variarunt, eadem omnino sententia late est: *Eiam hunc non elegit Dominus.* Ita quartus filiorum, ita quintus & sextus, ita & septimus, suo quisque ordine accersitus est ad Samuelem. Sed quod de primo, id de reliquis pronuntiatum est: *Non elegit Dominus ex istis quemquam.* Mirabile spectaculum! Vnus ex his fratribus eligendus erat rex, & omnes qui regno videbantur apti, patiebantur repulsam. Ergo Samuel ad Isai versus: *Nullusne, inquit, filius tuorum superevit?* Num omnes ad me adducti sunt? Ad quem Isai pater: *superest,* inquit, sed parvulus, & omnium natu minimus, qui pascit ovem. Octo filios duásque filias educaverat Isai, sed non æquè omnes probabantur Deo. Ergo Samuel cunctabundum patrem impellens: *Adu-  
catur, inquit, tuorum filiorum ultimus huc accersatur;* nec enim prius accumbemus mensæ, quā ille sele hic stiterit. Bonus Isai parens ingenium octavi filii sanè non noverat, ideo illum contemptim pecori pascendo applicuerat. Hinc & Samuelei dixit: *Adhuc reliqui est parvulus, & pascit ovem.* Perinde si dicere: *Hic quidem à regni negotiis securus est, natu minimus, arte pastoreculus, pedo non sceptro aptus.* Parvus erat David ad Eliab & fratres ceteros collatus, quibus grandævus parens liberalius favebat. Aestate

Tom. II.

A non parvus erat, annum vigesimum agebat. Hic ipse ex agro à pascuis revocandus domum, ut sacro balsamo delibutus rex Hebreus prænuntiaetur. Nec verò prius epulis accumbere sustinuit Samuel, quā istud perfecisset: cā in divinos iussus reverentiā fegebatur. Accersitus est igitur quæprimum David, juvenis rufus & pulcher aspectu, decoraque facie, oculisque vivacibus & rutilantibus, qui magna indolis erant indices, martium quiddam tuebatur. Vbi advenit juvenis hic pastorius, mox oraculum Samuelei dixit: *Hic ipse est, quem elegi, hunc ungo in regem.* Nihil cunctibus statutus Samuel, videntibus & auditibus patre ac fratribus hinc ipsum ceteris abeptionem plesperfudit, & designavit regem. Indubitate hos ritus Samuel prævio sermone cōdit, quo exposuit voluntatem Dei ac regm. providentiam, cui se juvenis totum subnisi. Hæc fratres apertissimis oculis spectarunt, sed tamen, quod verohmillimum, hoc divinæ voluntatis arcanum non exactè intellexerunt, alioquin corum aut invidia aut benevolentia malè tacitura id in vulgus sparsisset. Sed neque Samuel Saulis rabienem effugisset, nec Davidem fratres tam acerbè (ut in casis factum) oburgassent, si creatum regem liquidè scivissent. Satis videatur ceterum, hoc Dei consilium nemini, nisi Samuelei ac Davidi, & fortassis Isai penitus perspectum fuisse; quibus utique Samuel exposuit, quantis ea familia periculis objiceretur, si Saul illud resciseret. Admirandam igitur inaugurationem hanc totam Ioseph. l. 6. Iosephum commemorans: *Praetexto sacro, inquit, Samuel Ioseph. l. 6. Iosephum ad epulas unā cum filiis convocat; vñs dñs; na-  
mētq; Iud. c. 9. p. 186.* tu maximo eximiā staturā ac formā juvēne, coniiciebat inde hunc esse regnaturum. Sed hac parte non est affuscus Dei providentia. Percontanti enim an hunc juvenem ungere debaret, quem ipse admiratus dignū ducebat, respondit etiā quod eadem spectare Deum quā homines Tu, inquit, viā juvenis pulchritudine, jam satis dignum principatu existimas apud me vero non eximiā corporis forma premium est regnum, sed animi virtuti; & cum require, qui hac sit perfectè exultus, pietatè ac justitiā, obedientiā & fortitudine animum exornatus. His audiuit Propheta jubet Iesseum filios omnes ostendere: moxque & alii quinque adiuxerunt. Horum nomina juxta aetatis ordinem sunt hec: Eliabus, Aminadibus, Samma, Nathanael, Rael, Asan. His quoque visis, qui nihil debet, dñs Nomina quinque fratrum Davidis. deteriores formā erant. Propheta rogat Dñm, quin nam ex his eligendus esset, & audito quod nullus, scisciat ex Iesseo, num quos præterea liberos habeat. Quo respondente, esse etiam unum nomine Davideni, qui caram gerat gregum, Propheta jubet, ut confestim vocetur: non enim licetum esse absque illo sacrum epulum celebrari. Qui postquam accitus à patre venit, adolescens colore flavus, & martium quiddam tuens, alioqui liberali specie. Tum Propheta ad patrem versus submisā voce: *Hic est,* inquit, quem regnare Deo visum est, & cum dicto accumbat, & proximum sibi adolescentem collocat, ac deinceps patrem cum reliquis filiis. Depromit deinde sacrum oleum, quo delibutum Davidem in aurem admonet, Deum ita velle, ut regnum in populum obtineat: præcipitque ut iustitiam colat, & operam det, ne unquam à mandatis Dei discedat. Hoc enim pacto & regnum ejus fore diuturnum, & familiam universam illustre nomen consecuturam. Palæstinos quoque ab illo subigendos, & cum quibuscumque gentibus congressus fuerit, semper vietorem redditurum, insignemque inde gloriam tam sibi paraturum, quam posteris relieturum. Post mandata Samuel domum proficisciatur, simulque *Numen* deserto Saule ad Davidem comigrat.

XXXII

§. II.

## §. II.

Vnctionis David effectus.  
¶ Spiritus Dei illi datum est. Porro hanc unciam suus sequebatur effectus.

Psal. 50.  
v. 14.

Et primo quidem, directus est spiritus Domini a die illam traxit & denuo. Quis iste spiritus? Non gratia & charitatis, quem ante jam habuit, & ejus jam incrementum accepit. Spiritus hic novus omnigena secum dena detulit, maximè vaticinorum & fortitudinis. Eapropter rogans Dominum David: spiritu principaliter, ait, confirmame. Eo nimis spiritu, qui principes regique debeat: hic spiritus subductus vitiis totum infusuram hominem, timiditatem in generositatem, paritatem in liberalitatem; pusillanimitatem in magnanimitatem; plebeias virtutes in regias mutant: hic spiritus ad tolerandos labores, subeunda pericula, perferendas arumnas animat, & vel ruente orbe infractum praefat: hic spiritus mansit in Davide a die illa & dinceps reliquo vite tempore.

Sed licet hoc loci querere: Cur obsecro Saul omni adeo quid Deum gratia excidit, ut Samuel dicetur: Vnde queo tu lugere Saul, cum ego projecterim eum? Vnde quo tam gravis contra facta est offensa? Ab avaritiae Saulis, & maximè ab inobedientia. Agagum regem Amalecitem in capitum habuit, hunc sussu Dei interficiendum servavit, cum eum speraret grandia auro redimendum, aut certe thesauros in Amalecide defollos ab eo indicando; aut illum jam bello exarmatum in triumpho duendum destinavit; deinde greges optimos Amalecitarum prædam sacrificiis ad moveri voluit, turpi partim avariciæ, partim inobedientia. Sed & illud hominis inobedientis, & refractorii grande fuit specimen. Præcepérat ei Samuel, ne prius initium sacrificii faceret, quam ipse p̄fens⁹ adveniret. Diebus septem expectavit, Samuel non comparuit, dilapsi milites, irrerunt hostes, ita non simplici necessitate compulsi poterat videri Saul. Ergo principium sacrificii dari raffit, Samuele nondum p̄fens⁹ a presente. Modò unam alteram horulam expectasset, obedientiae numeros omnes explesset. O lentam quidem, sed stultam præcipitiantiam! Mox Samuel ad voluntans, & inobedientiam gravissimi verbis exprobans: Stulte, inquit, egisti, nec cibodisti mandata Domini. Dei tui, que præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam tunc præparasset Dominus regnum tuum super Israēl in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra conserger. Quis vivit Dominus sibi regnum juxta cor suum, & præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, ed quid non servaveris, que præcepit Dominus. Obstupescō tam exactam postulari inobedientiam; Deus non solū vult fieri, quæ jubet, sed etiam eo modo, eo tempore ac loco, quo jubet. Deus iustus; ergo parendum est, et si mille rationes avocent. Deus præcepit; ergo nemini fas reluctari, si vel cœlum ruat, vel terra dehiscat. Sed origo Saulis in malum præcipitata ea fuit, quam Samuel illi in ostendebat. Deo modo, deo tempore, deo loco, quo jubet.

Præcepta Dei implenda eo modo, tempore, & loco, quo jubar.

1. Reg. 15.  
v. 17.

2. Voluntas Dei  
1. Reg. 16.  
v. 3.

Perinde si dicaret Deus: Aetas tua m̄hi iam exolevit; fastidio te, tuōque mores turbidos. Hi tales certe homines cerebroſi, sui arbitrii, controverbi, fastuosi sunt. Seipsum quivis, suāmque conscientiam interroget. Num adhuc parvulus es in tuis oculis, & an aegre laturus es, talis ab aliis haberi.

Secundò hinc observandum: Voluntatem suam Deus in uno aliquo declarat, in alio celat. Samuei præcipiens: Vnges, inquit, quemcumque monstravero tibi. Perinde si in castris præcipiat annoꝝ p̄fecto, commeatum alio vehere, religiosi tamen filiantur, quod vehēdus sit: ita Samuel dictum est: Vngē novum regem, non tamē expressum, quis ille sit. Factum hoc, uti censet Theodoretus, Proprietate in humiliatem submittendo, qui futurorum aliquid, non tamē

A simul omnia scivit. Potuisse quidem querere. Domine, quod novi regis nomen est: ne forsitan errerem & ungam non designatum. Respondetur: Tu perge, dicam id suo tempore. Idem Abrahamo contigit. Iussit Deus in victimam sibi offerri filium, idque in monte certo, illius tamen nomen non exprimens: Super unum montum, inquit, quem monstravero tibi. Verē Gen. 22. tutes Deus ab conditus. Plurima sunt, quæ primum cū p̄mis scire, sed ea Deus certo consilio regit, suo tempore revelanda. Causam Deus sat habuit, ut in rebus omnibus, quas Samuelis intelligentia non est assecuta. Hac autem inter alias videtur suffisere, ut tam Samuel pater, quām fratres hoc ungendi regis consilium lexir quis non intellexerit. Samuel, sed à Deo crederent oriri, præsertim ungendus cū divinus vates ex eorum numero ungendus alienus regem, quem sciret, nesciret quem Deus destinasset.

## §. III.

Tertio hinc observanda Dei iudicia mira, ter mira, mirissima. Samuel Eliabum à statu & vultu Dei probatum illico unxisse in regem. Sed prohibens Deus: Abjeci eum, inquit, ne respicias vultum eius. Cur obsecro, mi Deus, abjecisti virum regno tam dignum? 1. Reg. 16. v. 7. Superbus & iracundus fuit. Audiens suo tempore, Cur Eliabum quām acerbè fratrem exceperit in castris. Sed fuerit integer vita scelerisque purus, illum Deus peraq̄ū gavio potuisse repudiare, ut sciat ab uno solōque Deus, ejusque nutibus pendeat, conditione humiles simus an sublimes. Tān nihil promeritorum potest jactare, qui Princeps, qui Rex, aut Cæsar nascitur, quām qui Honores & endicus aut mancipium. Honores Deus & opes, cetera latae sunt. Deus latenter vitæ illustriora commoda dignis, indignisque givis, sine promiscue dilargit. Patriarchæ Iacob optimas feriū lésque terras, steriliores Esau dedit; regionem Sodomititis dedit pinguis sumam, alii multo sanctiores Isaac ceperunt minus pinguem. Indiscriminatum hinc Deus per orbem p̄spicit, sine ullis injuriis. Ab omni prius aeternitate decrevit Deus, quem velut extollere, quem verò deprimere: quosdam ad res prosperas, quosdam ad miseras pæne continuas destinavit. Nemo hinc suis gratias agat meritis, Deus utilitatibus nostris caretere potest. Quid ergo dicimus, inquit Paulus, nunquid Rom. 1. 9. v. 14. iniquitas apud Deum: Absit. Moi enim dicit: Miserebor cuius & misereor, & misericordiam p̄fabo, cui miserebor. Non voluntis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Nemini est dicere: Ego Dominus, & non est aliud præter me. Hoc cristas arrogantiæ nostræ deicit, hoc superbi spiritus succidit alas, hoc animi demissionem, humiliatem veram facillime perfuerit. Vix virtutis extimam habemus umbram, & animum extollamus?

Et o quanta humani ac divini iudicij differentia! Humanum ideo errat, quām creberim, quia rerum signa tantum aspicit, quæ nimirum quantum plerumque fallunt; Deus autem rem laxam penitissime percepit. Hoc videt ea, que parent, Dominus autem 1. Reg. 16. intuetur cor. Cum nos hominem exterritis comitem, humanum, affabilem cernimus, ad virtutis normam factum credimus, sed fallimur creberim. Decipit humana facies; verba sunt paululum certiora signa latentis animi, utroque evidenter index peccatoris est actio. Sed & hæc persæpe fallit. Quando igitur animum mentemque hominis inspicere nequaquam possumus, eam ob rem nec possumus judicare ullum hominem. Idcirco Christi monitum est: Nolite judicare, Matth. 7. 1. perinde si dicaret: Nolite errare. Quisquis alterius animum non inspici, eorum judex esse nequit, quæ animo delitescant. Deus intuetur cor. Mortaliū nulli, nullis diabolis, sed nec ullis Angelis cordis secretum patet. Deus solus & unicus hanc inexploratam, & mulito profundissimam specum explorat & scrutatur.

Quartus

Quartò Directus est spiritus Domini in David. Hic Dei mos est; instrumentis utitur plerumque minus ad rem idoneis, ut ingenium pateat artificis. Quemadmodum scriba peritissimus sulfuratus sumi rædulas, & iis pingit pulcherrimè: ita Christus suis legibus subiecturus orbem, duodecim pescatores elegit, & orbis impietatem per eos expugnat. Nimurum hoc agit Deus, ut liquidò sciat, hæc opera potestatis esse divinae, & ut fastidius homo, quo Deus utitur instrumento, nullum sibi arroget nomen magisterii. Nihil modice sunt vires nostræ, si suas Deus subtrahit. Ridiculè superbis aqua bajulus de cibis à se bene coctis, cum cocum non aliâ re, quam haurienda aquâ juuerit. Deus est, qui coquit, nos viles homunculi aquam apportamus; atque hoc ipsum non nostris viribus. Quod Augustinus eruditè confirmans: *Qui in nobis, inquit, vivi sumus, in illo vicimus: ergo coronat, quia coronat dona sua, non merita tua.*

Potuisset tergiversari David, & excusando se dicere: Hanc ego sublimitatem nunquam somniavi; opilio sum, oves scio pascre, non homines; ad pedum, non ad diadema & sceptrum natus sum; me tegetes & rude fabanum magis ornant quam purpura: bonum est mihi sublimia non tentare. Sed responserit Samuel: Tu sine modò, sine, & divinæ voluntati te da: quodcepit Deus, finiet. Tu tamen nunquam obliviscaris ex humili & vili loco ad istud fastigii divinis te viribus evectum. Certe oblitus non est, qualis fuerit, quantus fastus sit. Hoc ipsum rebus sacris carminibus inservens: *Quis sicut Dominus noster, inquit, qui in aliis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? sustentans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, de post fræntes accepit eum.* Qualescumque simus, quanta-cunque patremus, è colluvie ac squalore producimur à Deo. Quod David altâ memorique mente reposuit. Et in hunc directus est Domini spiritus. Si quidem illi copiosiorem subministrat gratiam Deus, cui ampliorem provinciam, cui difficiliorem committit præfecturam. Bonus ac liberalis Dominus, qui & officium credit, & unâ vires suggestit officio ex-plendo. Non raro contingit, ut ei deferatur munus, qui se planè judicat eo indignum, & inhabilem. Huic plerumque rectè suadetur: Sequare vocantem Deum, sustine hoc munus mi homo, & fide Deo. Cum Deus tibi dederit boves, dabit & presepe boüm; cum ingredit labores, sufficiet & vires; cum imponit onera, addet & subfida. Hic Domini spiritus non prius Davidi datum est, quam jus ad regnum.

Quintò hæc exponendum illud sacri carminis: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis (omnis affectiōnis) ejus.* Vide et obsecro initium hujus regni adversa plurima. Ipse Davidis parens Iſai in hac electione filium suffragio non juuisset, immo verò etiam impediisset, si ei liberum fuisset. Contemptim de illo dixit: *Aduic reliquias est parvulus, & pascit oves.* Perinde si dicaret: Nequam est ejus auctoritatis, functionis, extatis, ut cum dignitate fisti possit Prophetae, in regem ungendus. Et juvenis & ovium custos est. Idcirco David de seipso: *Adolescentulus sum ego, inquit, & contemptus, justificationes tuas non sum obligus.* Nimirum ante ruinam exaltatur spiritus, ante exaltationem deprimitur & incurvatur. Quandocunque Deus patratur est magna, præmittere solet adversa. A rebus turbidis rectissime fit gradus ad tranquillas. Ita parentes cum liberis ludunt, Myrensem Præfulem Nicolaum representantur crepundia donant & pupas, sed una jungunt & virgas. Ad magna nos evicit Deus, sed plerumque in igneo urentium ærumnamrum vehiculo. Dilucidè Christus: *Nemo est, inquit,*

*Tom. II.*

*qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, Marc. 10. aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evan- 29. 43. gelium, qui non accipiet centies, utum nunc, in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus. Grata illa omnia & amena præter hanc unam appendiculæ nunc persecutionibus. Quid- In nostris quid agamus, hæc tristum & latorum mixtura est actionibus admittenda. Omnia, inquit Christus, quæ mei causâ tristum & perduntur, reddam centuplicato fenore, adjunctam latorum mixtura men & persecutionibus. Premunt iste amicos Dei, esse debet. non opprimunt. Andreas Cardinalis Ferdinandi Archiducis filius, hoc usus est symbolo: Cucurbitam aquis innatantem curavit pingi, & inscriptionem hanc addidit: *Iacob, non mero!* *Ærumnis variis ja-* catur! Bono animo; non mergemur! Bonum malumve corium produnt pluviae; Bonum malumve hominum ærumnae.*

### CAP V T III.

#### David virtutum editæ specimina.

**M**iratur Orbis hodiisque Socratem non à fortunis, sed à scientiis æstimandum. Socratis parentis Sophroniscus Staturius, Phænæreta obstetrix. Davidis ortus humilis, Hi natales Socratis paupertini ac humiles. Non illi caner obstitit originis humilitas. Nam cò virtute ac sapientia peruenit vir iste, ut eum nemo non sapiensissimum æstimarit. Philosophi, tam iis, qui superiores avo erunt, quam qui inferiores, plurimum lucis præluxit. Errors se antecedentium correxit, sequentium sustulit. Illi cælum & terram dimensi, de sideribus, de elementis, de principiis disserebant, seipso non inspiciebant. De rerum naturis subtilia multa tractabant, definiebant, videbant, ratioceinabantur, acutissimè concludebant, libros implebant, sapientiam buccis concrepantibus ventilabant. At Socrates dux viæ primus: *Quæ vos aiebat, portiora prius curremus, & ab his digressi ingrediamur microcosmum, quilibet scipsum.* Ridiculum est de stellis disputare, cæli oculos noſſe, scipsum ignorare, ad sua vitia caecutire. Animi latibula omnium primò executienda. Atque hic Valerius maximus hoc encomii assignat Socrati: *Animum ab indoctis erroribus obductum in intima conditionis humana, & in secessum peccatoris depositus affectus furorari coegerit.* Certe si virtutis pretium non aliunde, sed ab ipsâ petamus virtutis optimus vitæ magister fuit. Alii docebant sapere, ille docebat vivere.

Davidis ortus humilis, natales parum clari fuerunt. Sed nihil ei obfuit prosapia rusticana, nihil eum impeditiv generis ignobilitas. Tantò clarior effulsi vir-tus, quanto tenuior erat stemmatis origo. Multò gran-diū est dignitatem generis, & amplitudinem paren-tibus tamen tibus dare, quam ab his accipere. Quod Chrysostomus obſervans: *Melius est, inquit, ut in te gloriantur parentes, quam tu in parentibus.* Unus de multis fuisset Iāi, nunquam spectabilis, nunquam inclitus & in Orbe celebris, nisi hoc fuisset auctus filio, qui sapientia & virtute in eam excretit claritatem, ut multò posteriore jure, quam Socrates, dici potuerit optimus vita. *Chrysostomus in Matth.*

**D**avid jam guidem in regem uncto, ad caulas tamen redeundum fuit. O qualis rex! pro dia-demate

• XXX 3